

in 40. capitibus à Pontifice Romano dissentire, in 38. inter se convenire, duo (pauca) tantum separare, quæ inter ipsos controvertantur; jungendas utriusque partis opes ac copias ad communem hostem opprimendum, quo debellato, in duobus illis capitibus conciliandis & Ecclesia Dei pristinae puritati ac splendori restituenda minus negotii fore Thuanus Libr. 33. §. 27. Gerhardus von Stöcken in Thuanus enucleato part. I. p. 36. Lin. 15. f. observari tamen mereretur, quod erroris virulenta sint attributa: (1.) Crescendi celeritas (2.) multiplicandi foecunditas & (3.) continuandi tenacitas Vid. Becmanus In lin. doctri Mor. Cap. IV. §. V. quæ proh inter Reformatos complementum satis triste nanciscuntur, hinc, si is, qui in quadrivio aberrat, in varia tandem diverticula deviat: nec errorem bene explicat, nisi regressus quasi novam viam ineat, ita etiam qui errare cœperunt Reformati, facile multos errores congesserunt, qui nec cessabunt, nisi paulatim intermittantur ac quasi recens ad intermissam disputationem redeant. Cont. Stobæus Apoph 58.

§. 16. Huc usque delibatis iis, quæ ad præparationem tendere videbantur, nunc propius ad Argumentum & Thema ipsum erat accedendum, ut probetur, quod ipsis enim Regentibus Sacra Cœna frequentius sit iteranda, quia datur in Remissionem peccatorum. Sed cum via nondum pateat plana, operæ pretium erit, ut in antecessum paucula quædam doceamus de iis, qui Sacramento huic & salutiferæ ejusdem operationi sunt infesti; per transennam ergo, ut potiora prospiciam, notum proh satis est, quod Pontificii utraqve specie, quæ Regibus Gallia Anno 1437. in Concilio Basileensi ad majus gratia augmentum indulta. Vid. Illustris Mayeri Dissertatio: De Regis Gallie Communionem sub utraque Witteberge olim Anno 1686. habita. in hunc usque diem tam patienter careant, non urgentes, idem beneficium, præsertim cum non desint Doctores inter eos, nominatenus ex Jesuitis Casp. Hurtado in tractatu de Sacram. p. 338. Augustinus Bernaldus de Sacram p. 441. qui sub utraque specie magis quam sub una gratiam divinam conferri fateantur. Aberti Interesse Relig. Art. IX. Thes. III. §. 5. & Scherzeri Anti-Bellarminus p. 555. f. quemadmodum & frequens magis urgetur confessio, quam Sacramenti communio, quæ quotannis sufficit, si demum ista quotidie lucra